









follet mandati tenorem, eam non potuit obtinere: quin potius precibus, minis, & terroribus eum Episcopus inducere laboravit, ut in ipsum non super restitutione facienda, quod erat principale negotium, compromitteret, sed super executione tanquam differenda. Et quoniam pars adversa cum armis illic accesserat, & multitudinem armatorum factum est, quod in dictum Episcopum, sicut primum est, compromisit, fide, in e manu ipsius praestita, & restitutionis literis depositis apud Deum, non tradendis parti adversa, sed diligenter servandis, & restituendis ubi tempore opportuno, ipse vero Episcopus contra id, quod promiserat, venire non metuens, adversarius Abbas literas restituit memoratas: sicque compromissio ex parte ipsius Episcopi, & adversarii pariter violata, monachi bonae memoriae Mel. tit. Sandorum Joannis, & Pauli Presbyteri Card. tunc Apost. Sed. Legati praesentiam adveniens, ad I. quondam Rhotomagen. Decanum super gravamine compromissionis litteras impetravit. Ad cujus primam citationem monachus a dicto Abbate transmissus captus fuit ab adversariis, & vineulis ferreis mancipatus. Ad secundam vero citationem idem Abbas accedens, per oppressionem coactus fuit compromittere in Decanum, non super Abbacia, de qua sub eo nulla questio verberatur; sed pro quibusdam a bladi redditibus minuendis. Parte autem altera super compromisso servando fidem, sicut convenerat, non servante, dictum S. iterum oportuit ad Sedem Apost. laborare; ubi a nobis tam super principali, quam incidenti etiam quaestione ad venerab. frat. nos. Lexovien. Episcopum, & dilectum filium Abbatem Vallis Richer litteras impetravit, ut super his quae a nobis fuerat intimata, studeret elicere veritatem, & statuerent quod secundum Deum viderent rationabiliter statuendum, juris ordine per omnia observato: ita quod alter sine altero adesse nolente, vel etiam non valente, mandatum Apostolicum impleret, mentione facta in litteris ipsis de fide violenter (sicut idem S. asserbat) exorta, & non super monasterio abjurando, sed restitutione (ut dictum est) tantummodo differenda: ne his ommissis, tacita veritate commissio videretur obtemperata. Partibus vero coram delegatis iudicibus constitutis, pars illius, quem dixit intrusum, praesentem Episcopum duabus de causis sibi dixit esse suspectum: tum quia super Eccl. quadam causam habebat cum monasterio memorato: tum etiam quia ipsum a Romana Curia redeuntem ad pacis osculum non admisit, unde neque coram illis, neque coram illorum altero iure stare voluit: quamvis nihil diceret in Abbatem, sed appellans frustratorie se contumaciter abstinuit. Verum dicti executores appellationis, quae nulla fuerat, minime deferentes, habito multorum prudentium virorum consilio, sententiam a dicto praedecessore nostro prolatam executioni mandant, restituentes praedicto S. Abbatem, & praesato intruso perpetuum silentium imponentes. Cumque ad eorum ex parte Apostolica iussionem dicecens Episcopus saepius requisitus ipsum S. in corporalem possessionem inducere recusaret, id exequendum quibusdam diaconibus mandaverunt: qui nedum admissi non fuerunt, verum per monachos, & fautores eorum affectu verberibus, carcerali sunt custodia mancipati. Quapropter in intrusum, monachos, & fautores eorum a delegatis fuit secundum Apostolicum mandati tenorem excommunicationis sententia promulgata. Sed ob hoc intrusus, & monachi non dimiserunt divina officia celebrare: quia etiam ipso intruso delinendo alium excommunicationem eligere praesumpserunt, sicut ex delegatorum litteris perpenditur evidenter. Cumque nec sic posset ad frugem melioris vite reduci, saepedictus S. iter arripuit ad Sed. Apost. veniendi. Sed praeventus eum nuntiis monachorum, de benedictionis munere illi, quem elegerant, impendendo, fraudulenter litteras impetravit: quas ad partes suas miserunt seminantibus quam debent. Petebat itaque dictus S. monachos ipsos, qui eundem praedecessorum suorum amputare linguam, & oculos evellere praesumpserunt, in alium sedentem ad mensam cum gladiis, & sibilibus impetum facientes, alium solum in Ecclesia dimittentes, Missam celebrare paratam, animadvertente consigna puniri, & possessionem Abbaciae plenarie sibi restitui, sicut a dicto praedecessore nostro statutum fuerat, & a delegatis postea iudicibus ordinatum; intruso qui post latam in eum sententiam excommunicationis assumptus fuerat, per silentium perpetuum condemnato. Ceterum pro vobis ita fuit propositum ex adverso, quod cum praefatus I. Cardinalis in partibus illis legationis officio fungeretur, & causam ipsam super dilapidatione ipsius S. & incontinentiam pariter praefatis Abbati Toarnen. & Priori sanctae Barbarae commiserit terminandam, ipsi cognita veritate, & ordine juris per omnia observato, in eum depositionis sententiam protulerunt: quae a dicto praedecessore nostro fuit postea confirmata. Ipse autem S. eidem praedecessori nostro, quod Abbacia ipsa iuste spoliatus fuerat, intinavit; praesato Cardinali etiam asserente, non fuisse intentionis suae, quod ad depositionem Abbatis procederet iudices delegati; quamvis & hoc esset eis commissum, sicut in eorundem litteris reperitur. Unde saepedictus praedecessor noster cum non restituit, altera parte absente, sed restituendum mandavit Episcopo, & Archidiacono memoratis, quia tacitum eis fuerat, quod praefatus Cardinalis dictis Abbati, & Priori deponendi causam concesserat facultatem. Convenientibus igitur partibus ad diem, & locum sibi a delegatis Sedis Apostolicae assignatum, dictus S. in manu Episcopi, quod eius super causa ipsa fuerat arbitrio, fide data firmavit: qui partes ipsas ut ad ea, quae pacis sunt, intenderent, monuit diligenter: inter quas talis compositio intercessit, ut dictus S. in perpetuum cederet Abbaciae, quam sessionem ratam delegati iudices haberant, & idem S. sicut in delegatorum litteris continetur, iuramento firmavit. Et cum super restitutione sua duplices litteras eisdem prorsus continentes impetrasset, facta compositione, quam saepedictus praedecessor noster postea confirmavit, alteras veniunt fraudulenter. Profecto vero temporis compositione ab eo aliquandiu observata, per iudicium M. Card. I. quondam Rhotomagen. Decano eandem fecit causam committi: fuitque in eius praesentia, & venerabilis fratris nostri Rhotomagen. Archiepiscopi prima compositio innovata, ubi praefatus S. Abbatem denuo abjuravit: & quod compositionem ipsam deinceps observaret, corporaliter praestitit iuramentum, sicut in ipsis Rhotomagen. Archiep. litteris continetur, & multis postea testibus approbati. Fuerunt autem ista coram Rhotomagen. facta, & ea praecipue ratione, quoniam Prioratus, quem ipse S. debuit obtinere, in Rhotomagen. erat dicecisi constitutus: quem cum per biennium detinens inhoneste vivendo fere omnia consumpserat, ad alia bona monasterii se violenter extendit. Et tandem ad praesentiam nostram accedens, & quadam de praemissis exprimens, alia vero reticens, ad praefatos Lexovien. Episcopum, & Abbatem Vallis Richer nostras litteras reportavit, ut diligenter inquirerent de omnibus veritatibus, & statuerent quod iustitia postularet. Ipse vero partibus ad se citatis, quamvis Episcopus pro memoratis causis, & quoniam R. Abbati respondit, quod si posset, sibi noceret, esset alteri pariter suspectus, & ab eo fuerit recitatus, velletque coram conjudice, qui suspectus non erat, vel coram arbitris electis a partibus id probare, dicto Abbate Vallis Richer admittente hoc nolente, ante ingressum causa fuit ab aliis duobus postmodum appellatum; ipsi nihilominus eundem S. restituendum sententialiter decreverunt, adversario eius super Abbacia perpetuum silentium imponentes. Cum igitur quae praemissa sunt, & alia quadam praedictus Cardinalis nobis, & fratris nostri praesentem, & fideliter restitisset, quia constituit nobis per litteras iudicum praedictorum Episcopi, & Archidiaconi. Ebroiceni. quibus super restitutione ipsius S. a dicto praedecessore nostro fuerat causa commissa, de utriusque partis assensu compositionem sub eo tenore factam fuisse, quod Prioratus S. Stephani cum omnibus pertinentiis suis, & alia quadam sibi concessa fuerunt, dum viveret possidenda, & ipse a lite spontanea voluntate recessit; & instrumenta sua, fracto sigillo, quod usus fuerat, in manibus eorum iudicum resignavit: & quod Abbatem abjuravit memoratam, ex litteris iudicium Rhotomagen. Archiepiscopi, perpendimus evidenter. Nolentes igitur per nos, qui punimus perjuriam, viam perjuris aperiri, cum & ipse recipiendo compositionem huiusmodi remittit Abbaciae, communicato fratri nostro Rhotomagen. consilio, ad impetitionem ipsius S. vos & monasterium vestrum absolvimus, perpetuum et super quaestione ipsa silentium imponentes, non obstante quod factum est ab ultimis delegatis; cum ex his appareat evidenter, ipsos (ut de aliis tacemus) si eis de praemissis constitit, minus legitime processisse: restituentes illi, qui non habebat jus aliquod repetendi. Et quamvis solus Abbas antequam appellaretur ab eo, iuxta e formam litterarum nostrarum procedere potuisset, quia tamen ex eo, quod cum ipso Episcopo interlocutus est, appellationem non renunsiavit de iure sine ipso, dum posset, & valeret negotio interesse, per consequentiam confessus est, se non posse mandatum Apostolicum adimplere: nec fuit intentionis extitit, ut sine conjudice suo aliquid diffineret, & cum eo, quia jam iudex esse desierat, aliquid super praemisso negotio rite disponere non valebat, voluntate, ac potestate sibi mutuo adversariis, cum noluerit quod potuit, & quod voluit, adimplere nequivit, quod a duobus factum fuit, effectum de iure non potuit obtinere. Nulli ergo, &c. Datum Laterani idibus Aprilis.

NOTÆ.

**C**onobis. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 2. & in epistolis ipsius Pontificis Colonie editis, & a Cardinali Sileto correctis, fol. 296. Monasterium hoc S. Petri de Conobis, alias de Caillion dictum, est Ordinis D. Benedicti, in dicecisi Ebroicensi constructum a Rogerio nobili Barone Normannie, ut refert Ordericus lib. 2. hystor. in hac verba: *Igitur Rogerius de Thenio nobilius Castellionis, alias de Conobis constructus, ubi Gilbertus Abbas vir magnus bonitatis, & sapientia laudabiliter floruit.* Ex eo, & Roberto de Monte, referunt Fratres Sarmat. tom. 4. Gallie Christ. fol. 290. Huic monasterio missa est presens epistola, quam ex dicto Codice Sileti integram restituit.

b C. Papæ. Celestini videlicet. c. Eide in manu. De fide per manum praestita nonnulla adducemus in c. 3. de his que ubi. d. Bladi. Bladus, seu bladum, semen designat, & fructus arborum, praecipue tamen frumentum, ac quicquid in area teritur. Oviden. anno. 1198. Et quædam sunt in Reguardo arca essaria, & cetera imbladata post ultimum Reguardum, & quæ hactenus, & cetera imbladata sunt: nova autem facta erant in manu Regis: si vetera facta imbladata sunt de frumento, vel lignis, nunquam arca debet XII. denarios de illa colligere. Notat Gerardus Vossius de iustis sermonum lib. 2. c. 3. & c. 24. c. Formam. Quia adjecta erat clausula, *Quod si non amovet*, de qua late est in cap. scilicet, de rescriptis, ex cuius commentario petenda sunt, quæ ad interpretationem huius textus spectant.

C A P U T XXIV.

Idem Archiepiscopo a Tolosano.

**C**onsultus nos tua s. prudentia, utrum cum ad recipiendos testes, depositiones publicandas eorum, vel sententiam alteram partem dicti sit in negotio procedendum, vel in diem expectandum potius subsequenter; & si expectaveris, utrum contumax iterum sit citandus, cum non fuerit die partibus assignata processum. Nos autem credimus distinguendum, utrum iurisdicatio duret post terminum b preemptorium, an expiret in illo? Si durat in diem alteram, acquirat suadente potius expectare, nec erit pars contumax preemptorio elapso citanda, nisi gratiam ei fecerit benignitas iudicantis: si autem expiret, nisi partes, maxime cum id noverint, te tibi praesentaverint ea e hora, qua congrue possis procedere ad exequendum id, propter quod eis legitime terminum preemptorium assignasti, ex tunc exequi poteris quod intendis, ne frustra iudicialis instantia evanescat. Nec ecclesiasticum vero iudicium exercetur in tenebris, quia iuxta testimonium veritatis, qui male agit, odit lucem: licet etiam secundum consuetudinem, & constitutiones legitimas more Romano dies a medietate noctis incipiat, & in media nocte definit, qualibet parte lucis agatur. Nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua possis ante noctem tenebras perficere, quod incumbit. Porro discretus iudex in assignatione preemptorii non debet jurisdictionem suam, nisi adeo necessitas exigit, coarctare.

NOTÆ.

**T**olosano. In tertia collectione, sub hoc tit. c. 2. legitur Episcopo Tolosano, in epistolis autem Innocentii III. editis a Sileto, & Boquero non reperitur praefatus epistola: quare retinendum existimo inscriptionem huius sextæ collectionis, quæ habet, *Archiepiscopo Tolosano: & si inscriptio tertiæ collectionis placeat, emendanda est ita: Episcopo Tolosano.* Torcellum enim est insula non procul distans a Venetiis, ubi translata fuit Sedes Episcopalis ab antiqua urbe Altino ab Hunnis everta: etus mentio fit in epigraphæ textus in c. in consilio, de causa possess. Retentio igitur locutione, *Archiepiscopo Tolosano*, praefatus epistola missa fuit D. Rodrico Ximenez, qui temporibus Innocentii III. eam regerat Celestium. De Pyramo ipsius Ecclesiae aliqua praebimus in c. eorum, de in integrum restit. & de origine, & dignitate ipsius Ecclesiae nonnulla adduxi in c. 5. de servis non ordinatis.

Revardus pro tribus. c. 3. Robertus lib. 2. sentent. c. 17. Quintanadvannas lib. 1. de iurisd. tit. 4. P. Faber in l. c. si ubi, ff. de R. I. Goveanus lib. 1. variat. cap. 47. Nec supra dictis etiam obstat textus in l. conservandum 8. C. quomodo & quando, ubi post tres denuntiationes nova citatio desideratur, ut reus contumax iudicetur; nam pro eius solutione, & conciliatione cum lege editum 55. ff. de iudicis, dicendum est, loco illius dictionis, ter, legendum esse, iterum, ut vult Cajacius lib. 18. observ. cap. 30. quem sequitur Pichardus in §. in summas, Inst. de interditiis, c. 2. nu. 59. vel legendum est, rem, ut vult Donellus lib. 17. comment. c. fin. nos hac latius prosequemur in cap. 1. c. 2. de dolo & contum. unde cognoscitur, Innocentium in praesenti iuxta juris principia decrevisse iudicem delegatum post tria edita non debere ipsum reum expectare, nisi velit ex gratia & benignitate novam citationem facere.

**P**reemptorium. Id est tribus citationibus, aut una pro tribus: quibus lapsis pars citata constituitur in contumacia vera, aut praesumpta, l. ad preemptorium 68. ff. de iudicis, l. contumacia 53. §. 1. ff. de re iudic. l. Divus 7. ff. de in integrum restit. l. ex consensu 23. §. fin. ff. de appellat. l. 3. C. quomodo & quando Paulus lib. 5. sentent. tit. 5. vers. trias litteras, l. 2. §. Senatus, l. Arrianus, §. ult. ff. de iure sibi, cap. nullas, cap. nemo 11. q. 3. cap. sacro, de sentent. excomm. Docet Cajacius lib. 29. observ. c. 11. & in cap. 1. de cohabit. cleric. Vultejus differt. c. 2. Paz in praxi, tom. 4. cap. unico. Didacus Perez in l. 1. titul. 9. lib. 3. erudit. nec postea nova citatio desideratur, ut in hoc textu docetur. Nec contrarium probat textus in l. ad preemptorium 68. ff. de iudicis, ubi post tria edita preemptorium desideratur, ut quis contumax constituitur, & ut talis demerit; nam pro huius textus solutione sciendum est, quod apud Romanos reo in ius vocato, & die dicto non veniente, quia adhuc ipse non erat contumax, sed tantum abiens dicebatur, & actor petebat a Magistratu, ut qui extra iudicium vocatus erit, iudicio per praeconeum citaretur: tunc Magistratus ad veritarium evocabat editis, litteris, vel denuntiationibus voce praeconiis, l. penult. ff. de in integrum restit. Suetonius in Titium, ubi: *Citatus pro tribunali voce praeconiis convocatus rapti iussu in carcerem.* Gellius lib. 11. noctium, cap. 1. Edicta etiam in publico loco affigebantur, ut ad rei notitiam citatio perveniret, leg. 2. §. item cum ex edicto, ff. que sententia: litterae autem mittebantur per praeconeum, l. Senatus 15. §. Divus, l. Arrianus, ff. de iure sibi, l. 1. C. de assertione tollenda, Robertus lib. 3. sentent. c. 7. Denuntiationibus vocabatur reus; cum per executores, aut praeconeum illi denuntiationes fiebant; quoad citationem vero effectum nihil intererat, an praedicta, per litteras, seu denuntiationem reus vocaretur: & primo dabatur unum editum, postea aliud, demum tertium; & si dicti videbatur, aliud preemptorium, quia in arbitrio iudicantis erat novum editum concedere, l. nonnunquam, ff. de iudicis: plerumque tamen Praetor tria edicta tantum concedebat, Cajacius ad Paulum in d. §. trias. De his tribus citationibus accipiendus est Hermogenianus in leg. contumacia 53. §. 1. ff. de re iudicata. Docet Duarenus lib. 1. disp. c. 7. Vultejus differt. iuris cap. 2. & lib. 2. de iudicis, cap. 6. nu. 5.

c Ea hora. Licet in aliquibus juris articulis explatur tempus statim atque primum instantis ultimi diei attingitur, ut ad faciendam testamentum, ubi pube statim censetur, qui restitit primum instantis ultimi diei, l. a qua 5. ff. qui testant. in aetate ad manumittendum praeripit, l. 1. §. de manumissi. & similibus; tamen in aliis actibus de momento ad momentum tempus computatur, & nisi explerit vel ultimum diei instantis, tempus adimpletum non creditur, ut in l. 3. §. manumissio, ff. de minoribus, leg. qui filium 74. §. Ebraius, ff. de Trebelli, l. majores 3. ff. de iure iuramenti, l. in usurpatione 15. ff. de diversis & tempor. l. 6. ff. de usucap. Docet Mercerus lib. 2. obs. l. 4. Ludovicus Catondas lib. 3. versimil. c. 17. Connanus l. 3. comment. c. 12. Genoa in conciliat. legum, pag. 467. Pancirolo lib. 3. variat. c. 9. Olualdas ad Donellum lib. 5. cap. 19. littera B. Salmas. in notis ad memorab. Pausan. lib. 2. tit. 10. d. More Romano. Verba sunt textus in l. more, ff. de feriis, ubi Paulus non agit de die naturali, sed de civili; dupliciter enim dies considerari valent, vel naturaliter, vel civiliter. Naturaliter consideratur ab ortu solis usque ad eius occasum; & ita prima hora diei erit prima hora ortus solis; prima hora noctis, hora occasus solis, dum tenebrae incipiunt. Docet Macrobius lib. 5. saturn. c. 3. Gelli s. libri 3. noctium, c. 2. Genoforus de die natali: quomodo computatur dies in l. 1. de regua & pace, ab ortu solis usque ad eius occasum, c. quod a partibus, 75. diff. c. de usu de consuet. diff. 2. Civilem autem dies pro diversitate nationum diversimode computatur; apud Babylonios, & Aethiopes a meridie: apud Hebraeos a vespere: apud Romanos vero a media nocte, ut refertur in d. l. more, & in praesenti: quam diei computationem sacerdotibus Romanis tribuit Plinius lib. 2. cap. 77. ejus rationem reddidit Plutarchus problem. 87. quia videlicet media nocte sol est in infimo caelo, & eius infimo puncto, unde vergere ad nos incipit, & ad hemisphaerium nostrum ascendere. Eam illustrant Gatta in memorab. verbo Dies, Cajacius observ. lib. 15. cap. Basilus de Leon in quaestione scholast. de Agro ripico, cap. 8. & 9. Gentilis de tempor. appell. cap. 5. Garronius in rheat. tit. de Kalendariis, Narbona in horograph. in Antel. in 2. & hora 24. num. 2. Cajacius de divers. prescript. cap. 2. Fabrotus de iusto parte, fol. 15. c. Diminutis noctibus. Hac verba difficillima vasa sunt, & meri.



merito, Scipioni Gentili lib. 2. de iurib. c. 29. in eis enim Innocentius affirmat, apud Romanos quatuor duabus dimidiatis noctibus hebent, perinde valere, ac si quilibet hora lucis factum esset: cum certum sit, iure civili attentio, sententiam nocte proferri non posse; quod cautum legitur in II. duodecim Tabularum. his verbis: *si quis nocte iudicium fecerit, nullum sit*. Ex Gellio lib. 17. nocturnis c. 2. & Varrone de ling. Latin. lib. 6. refertur Gothofredus in quatuor fontibus, c. 1. quod & probatur ex l. 2. §. 1. de qua, ff. de origi. iur. l. 1. §. 1. quod legitur §. 1. quod appellandum sit, novella 82. Scilicet continetur in hoc uno: *non iudicium esse nocte, sed iudicium esse die*. Et l. 2. Cod. Thodol. de officio iudicis civilium, si ne quidam. C. de officio Rector. Pagan. Polletus lib. 1. historia forensium, c. 11. ibi: *quodammodo necessitas esse facta esset post diem soli clausum, infra & nulla omnino esset*. Et lib. 5. cap. 12. in fine, ubi notavit Brodenus; ad quam iuris Romani sententiam referendi sunt Perronius in suo iur. Advocati tamque notarii. Horatius lib. 1. epist. 7.

Clarus ab officio excommunicatorum horum  
Dum iudicium

Conformis de die noctis, c. 14. Florini super eam post accusum facti esse excommunicatum, quia est in duodecim tabulis scriptum sic: *Sol nocte iudicium non fecerit, nullum sit*. Unde Cajus lib. 2. instit. tit. 2. §. 31. scripsit, Magistratus vespertinis temporibus in publicum esse inconvencientes fuisse. Et Justinian. in prefatione Novell. 13. ante Sole decumbente eurgit singulum, quicquid aures hie debilitavit. Et in novel. 88. Juliani, cap. 96. jubentur sedere iudices in Basilica a mane usque ad vespertinam; faciant D. Cyprian. de lapsis, D. August. ad Donat. post collat. c. 12. Illustrat Fulea, lib. 3. sect. 2. pag. 282. Seneca de ira lib. 3. cap. 18. *quid eam invidiam, quam naturam supplicium*; Notarunt Savarus ad Sidorium lib. 1. epist. 2. *verbo Reliquum mane*. Dionysius Gothofredus in notis ad

leg. 12. Tabul. lib. 2. & in l. 10. C. de trasact. Mornacius in d. l. 2. §. 1. C. de qua, Cironius ad tit. de prescrip. Mornacius ad Marculianum, lib. 1. formul. c. 37. Crotius in floribus, in d. l. 2. §. 1. de qua, Baldinus ad leg. 12. Tabul. cap. 47. Scipio Almiratus lib. 4. polit. diffusor. no. Narbona in historiograph. in Antolog. n. 4. & lora 1. n. 87. P. Herodius lib. 1. Pandect. tit. de Senonit. c. 1. Gaucius despot. 37. cap. 9. Stephanus Gaucius de Senonit. lib. 1. tit. 4. c. 11. Unde in l. 2. §. 1. de V. S. ait Paulus, cuiuscumque diei maiorem partem, septem horarum primarum esse, non supremarum, ideo videlicet, quia in prior parte diei iudicia exerceri valent, non vero in posteriori, in qua Magistratus ius non dicebant. Quae sententia facilius ex eo textu percipitur, si observemus, ejus inscriptionem esse Pauli ad edictum, ubi agebat de iudicis, & Magistratibus. Notarunt Cajacius, Alciatus, Fornerius, & Gentilis in d. l. 2. §. 1. Idem Gentilis de variis & temp. appellat. cap. 6. Ramirez de Prado ad Martislem lib. 4. epist. 8. & in Penitent. c. 27. Samuel Petrus ad ius Aetium lib. 4. titul. 4. Servius ad illud Virgilii lra. 8. Aeneid.

Melior notiam pars apta diei

Igitur non recte Innocentius in presenti affirmat, apud Romanos gesta dimidiatis noctibus perinde valere, ac si qualibet lucis parte peracta essent. Hinc difficultat ut satisfaciamus dicendum est, Innocentium iuramentum generaliter, & absolute accipiendum non esse, sed referri debere ad testamentum, quod nocte signari potest, leg. ad testium 12. §. postea, ff. qui testamtu. ad transactionem, quae nocte celebrari valet, leg. non minorem, Cod. de transactionib. & similes actus, quos enumerat Ripa de notitio tempore: non vero ad sententiam, quae ex supra traditis nocte proferri non poterat; & sic contrahenda est Innocentii sententia ad alios actus, excepta sententia.

Quae ad hujus textus interpretationem spectant, dedimus in c. de causis 4. in principio, lib. 1.

C A P U T XXV.

Idem Abbati de a Bordelia, & Priori S. b Sepulchri.

Instituante dil. fil. R. Rectore sancti Albati, ad audientiam nostri Apostolorum pervenit, quod cum olim causam quae super jure parochiali inter ipsum, & Thomam Rectorem capella sancti I. de Gubernia e. Vigorn. dicec. vereretur, ven. f. n. Vigornien. Episcopo, & consuecibus ejus a nobis obtinuerit delegari, postmodum licet fuerit in eadem questione processum, tractu temporis, antequam ad diffinitivam sententiam calculum veniret, idem Episcopus ipsum R. in suam familiarem admittit, sine quo secundi duo iudices, secundum quod in nostris literis d. mandabatur, in causa procedere non valebant: & alter ipsorum & officialis est Episcopus quod in nostris literis d. mandabatur, in causa procedere non valebant: & alter ipsorum & officialis est Episcopus, quam officialis practicus, utpote quos idem R. iudicium, decisionem ipsius causae vestre petit disc. committi. Quocirca effectus, ab adversa parte posent merito f. recusari, decisionem ipsius causae vestre petit disc. committi. Quocirca c. l. per A. C. in quat. si est ita, nisi postquam ejus familiaris est effectus, litigare & conferenti coram illo, in causa ipsa secundum priorum continentiam literarum, ratione pravita, rem. ap. obdt. procedere non taretis. Alioquin partes ad priorum iudicium revertantur examen.

N O T A E.

**A** Bordelia. ) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 4. Aliqui accipiunt Bordeliam pro monasterio de Bordalia, quod est Ordinis Gilbertienis, in diecesi Miseni, de quo aliqua adducit Illustrissimus Manrique annal. Cister. anno 1165. cap. 4. sed non recte, eam causam quae in hoc textu refertur, contigisse in Anglia, in Vigornien. provincia: unde ejus cogitatio committi non debebat Abbati de Bordelia existentis in Miseni diecesi, quae est in Campania: unde existimo, monasterium hoc esse in Anglia, antea dictum Brandomense; quod translatum fuit ob varias hostium incurfiones in Caltrum, quod dicitur de Bordelle, cuius monasterium meminit Gualfredus in chronica Anglorum, p. 2. cap. 11. Reperitur in nova bibliotheca edita a Philippo Labco tomo 2. pagina 334.

**P**riori S. Sepulchri. ) Anno 1174. in Anglia Henricus ejus infule Rex fundavit ordinem Equitum Christi S. Sepulchri: cum enim visitasset Sepulchrum Christi Domini, & milites illud custodientes, eorumque institutum magno opere laudasset, in Regno suo illum etiam Ordinem instituit sub eodem titulo S. Sepulchri: illum confirmavit Alexander III. & miris laudibus extollit Innocentius III. in cap. inter dilectos de donat. Sed cum jam hic Ordo pene interiret, ab Innocentio VIII. militis S. Joannis adunatus est, ut refert Volaterranus lib. 11. antroptologia de Ordine Militiaribus, P. Menjo eod. tract. disp. 1. q. 2. §. 7. Renatus Chopinus lib. 2. sacra pol. tit. 5. num. 5.

**P**ragon. ) De hac Ecclesia aliqua notavi in cap. nost. 9. de electione.

**M**andabatur. ) Quia simpliciter, & sine clausula, quod si non omnes, causa commissa erat.

**O**fficialis est Episcopi. ) Ex his verbis recte probatur, ob iustam causam suspensionis Episcopi ejus Vicariam regulari posse: quod docuerunt in presenti Innocentius num. 1. Abbas num. 2. & 3. Felinus num. 1. Maranta in speculo, 6. parte, dicit 2. princip. num. 28. Rebatius in praxi, tit. de forma Vicar. tit. n. 190. pluribus relatis Narbona de appell. a Vicario, num. 137. & recte, non quia idem tribunal sit Episcopi, & eius Vicarii, cap. 2. de consuet. lib. 6. Quae ratio in presenti cessat,

cum ambo procedunt in causa ut iudices delegati: sed quia humani motus est illum vereri, cujus iudicio, & voluntate nunc eriguntur, nunc deprimuntur, cap. 1. 16. quast. 2. unde cum Vicarius Episcopus, a quo fuit creatus, fuit electus, timere posse, quod illum pro libito revocet, ideo iusta Episcopi suspensio recusatorem Vicarii legitimum causam praebet, ut considerat Ripa in cap. 1. n. 43. de iudicis, fuit ex iam textus in c. 5. de eo qui mittitur. Contrarium tamen sententiam, imo suspensionem Episcopi ad recusatorem Vicarii non fuisse, tenebant Baldus in l. unica, num. 4. C. si quis eumque praebit potestate, Bobadilla lib. 1. post. cap. 12. n. 39. Sardus consil. 50. n. 36. qui expendunt pro sua sententia textum in d. l. unica, Cod. si quis eumque, in illis verbis: *Si illi, qui in provincia officium administrant, nuptias mulieris, aut virginis tentaverit, & illa & pariter qui libertatem jurisdictionis ipsius iudicis, qui abutitur ad eliciendum cupias: eorum vero reprobata, eam criminaliter, quam illa, Vicario committat*. Ex quibus deducit Accursius ibi, ob suspensionem Praefecti ejus Vicarium reculari non posse. Sed ut recte probat Germanus lib. 2. animadu. cap. 21. Vicarii Praefecti, licet vice Praefecti iudicent, tamen jurisdictionem ordinariam per se obtinebant, l. 1. §. 4. ff. de legat. 3. ibi: *Ad Praefecti vero Praefecti, eod. eo qui vice Praefecti esse mandante Principis cognoscit*. Et d. ult. C. de modo de mulieribus, ibi: *Qui vice notus administracionis gubernacione suscipiunt*. Quod expresse constat ex formula creationis ipsius Vicarii, relata in l. 1. Cod. de officio Vicarii, ibi: *Sacra cogitacionis habent potestatem, & jurisdictionem infra solent representare reverentiam*. Et a Gualtero lib. 6. epist. 3. *Tu autem iustitiam dicis, & tua privilegia non relinquit, quoniam propria est jurisdictionis, quae datur in Principe, habet eam cum Praefecti aliam portionem, & vice facta sententiam dicit*. Unde licet Praefectus inter eas personas, in quas auctoritas attentavit, jurisdictionem exercere non possit, tamen Vicarius exercere eam valet, quia aequalem iure ordinario obtinet, ut docet Cajacius ad titulum Cod. de officio Vicarii.

**P**artibus familiaribus cum iudice iungam praebet recusatorem causam, ut probant Covar. q. 26. Jangleus lib. 2. senescr. cap. 11. Gotisco ad leges recipit, tit. de recusat. iudicium, & nos in cap. 11. de officio iudicis.

**S**ed videbatur exceptionem recusatorem, utpote

utpote dilatoriam, opponendam esse ante litis contestationem; quidem certum est, recusatorem esse dilatoriam exceptionem, cap. inter 4. de re iudic. sed exceptiones dilatorias autem litis contestationem sunt opponenda, l. nemo, Cod. de iur. iur. omnium iudicium; quia per litis contestationem censetur in iudicem consensisse l. 1. superius 16. C. de iudicis, autem, off. iudic. Cod. de litis consens. cap. specialis, & de appell. Sed id procedit, cum litis contestatio orta erat recusatorem causa; sed si postea emerit, aut eam opponens iure ad suam no-

litiis post litis contestationem pervenisse, tunc etiam post litis ingressum opponi valet, cap. posteriori 4. de excepti. c. ex consuetudine, de iur. spol. quo casu procedit noster textus, ut docent Covar. d. q. 26. nu. 2. Valtesius in d. l. 4. C. de iur. iur. nu. 36. Cajacius in l. 1. superius 16. Cod. de iudicis. Oualdus ad Donellum lib. 17. cap. 23. littera O, Ferronius in c. si quis contra, de foro compet. quast. 9. alia de causis recusatorem, tam in iudicis ordinariis, quam delegatis, dabimus in cap. suspensio, hoc tit.

C A P U T XXVI.

Idem Priori a S. Fridiani.

Quarenti quid per censuram ecclesiasticam, Et infra: Si vero delegatus a nobis excommunicet illum, qui rei iudicatur parere contemnit, licet aliquibus videatur, quod suo fit b. sanctus officio, ut alteriore non habeat ex delegata sibi jurisdictione processum; alii autem dicant, quod iurisdictionem eius duret, donec sententia pateat, ut interim abolvere possit parere volentem: nos e tamen per aequitatis semitam incedentes, praesentium auctoritate statuimus, ut delegatus a nobis, non solum usque ad quadrimestre tempus, quod ad solvendum debitum a d. legere conceditur; sed usque ad integrum annum jurisdictionem sibi commissam ad exequendam sententiam valeat exercere, sicut observatur in illo, qui ante litis contestationem e contumax invenitur.

N O T A E.

**F**ridiani. ) Lucanensis, ut legitur in cap. quarenti, de V. S. ubi est alia pars huius decisionis; & textus hic reperitur in tertia collectione, & sub hoc tit. cap. 5. De Ecclesia S. Fridiani, seu Frigidiani, quae est Canonico-rum Regul. plura adduximus in cap. cum causam, de alid.

**M**oti auctoritate textus in cap. in litteris, hoc tit. l. iudex postquam, ff. de iudicis; sed non recte, ut probavi in c. significasti, 7. hoc tit.

**P**resentis decisionis meminit Innocentius noster lib. 1. epist. 1. regest. 13. in illis verbis: *Et nos quoque consulti, quomodo d. delegatus, &c. ubi notavit Bolognecus.*

**L**egere debet nova Imperatoris Justiniani; lege enim duodecim Tabul. triginta dies dabatur debitoribus condemnatis ad conquirendam pecuniam, & solvendam, his verbis lege concepta: *Exi conspiti, & rebuque iure iudicatis triginta dies post sum*. Referunt Gellius lib. 20. notium Aetia, cap. 1. Dionysius Gothofred. ad leges duodecim Tabul. lib. 2. tit. 20. §. 27. Jacobus ejus filius in quatuor fontibus, Tabula 3. Quod si intra hoc tempus legitimum iudicatio factis non fuerit, permittatur creditor manum in eum injicere, in carcereque detradere, ut sic aliquis misericordia ductus pro eo satisficeret; tenebatur tamen illi actor alimenta praestare, leg. vultum 34. ff. de re iudicata; quam de his alimentis accipiunt Fornerius lib. 1. sect. 6. Gentilis de alimentis, cap. 6. quod si nullus esset, qui pro eo solveret, aut ipse cum actore de debito non pacificabatur, tribus nundinis singulis novem diebus preconizabatur, utrum nemo esset, qui pro eo solveret. Tandem si post 60. dies nemo esset, qui debiti periculum susciperet, licebat actori trans Tyberim vendere, aut capite punire; & si plures creditores essent, in partes debitoris corpus scabatur; de quo veteri iure, seu potius injuria, nisi ad terrorem magis, quam ulum scriptum esset, praeter innumerum congestos ab Oualdo ad Donellum lib. 27. comment. cap. 3. duplici littera H, videndi sunt Fornerius lib. 1. sect. 6. Pichardus in §. cum eo 40. ex num. 7. de actionibus, Covar. lib. 2. variat. cap. 1. Robertus lib. 2. verum iudicant, c. 6. Reverardus ad leges duodecim Tabul. c. 8. & 9. Balduinus eod. tract. cap. 48. Carleval de iudicis tom. 2. tit. 1. num. 5. Hothomannus lib. 3.

antiqui, ad finem, & Andreas Schotus lib. 2. obs. human. cap. 34. Petrus Gregor. lib. 22. synagoga, cap. 6. num. 5. Sed arrogato novis legibus, moribusque inhumano sectionis iure, & additionis, l. ob as 12. C. de O. & A. l. qui filio 6. Cod. qui rei signari lege Julia de cessione bonorum tempus iudicatis praescriptum protrahit fuit ad duos menses, leg. 1. Cod. Theodos. de iur. rei iudic. Harmenopolus in promptionis, lib. 1. tit. 4. & lib. 3. titul. 5. Hothomannus, & Antonius August. in d. l. Julia: nec eo termino durante debitor vexari poterat, aut ejus fidejussor conveniri, leg. intra 7. ff. de re iudic. nec usurarum curus dabatur, fructus autem restituebantur, l. 3. in princ. ff. de usuris. De hoc tempore exaudiendi sunt textus in leg. si duo 16. §. ait, l. promissor 21. ff. de conscri. pecun. l. cum 14. ff. de eo quod metus causa, l. 2. l. dabisuribus, ff. de re iudicata, l. notat Fornerius lib. 2. sect. 6. 13. & si eo tempore elapso, iudicatio debitor non satisfaciebat, bona ejus sub haista vendebantur, princip. Iustis, de success. ab intest. leg. 4. Cod. qui bonis cedere, & si bona credito solvendo non erant, debitor coniciebatur in publicum carcerem, donec integrum debitum solveret, ut probant textus ita accipiendi in leg. 1. §. pendit, in fine, Cod. qui bonis cedere, l. si pro aliquo 21. §. 1. ff. de vellemum, leg. fin. §. fin. ff. qui in fraudem crediti, l. si vultum 34. ff. de iudic. iurata l. verbo 45. ff. de V. S. quas ad rem expendit Hothomannus illustratum quast. 26. Tandem constitutione Justiniani in l. 2. & 3. Cod. de usuris rei iudic. hoc tempus bimestre iudicatis concessum protrahit fuit ad quatuor menses; de quo quadrimestri accipiendi sunt praesentes textus, & in cap. quoad consuetudinem, & de re iudicata, ubi latius dicemus; & plura de hoc quadrimestri adducunt Leochardus de usuris, quast. 21. in principio, Velasco de privit. pauper. quast. 44. num. 6. Faber lib. 7. consuet. cap. 2. Gualleimus Masius lib. 1. singular. opin. cap. 20.

**C**ontumaciam invenitur. ) Qui ob contumaciam excommunicatus, cap. 1. de iudicis; & si compareat, & abolvatur, potest delegatus in causa sibi commissa procedere, nec ideo exspirat jurisdictionis delegata, quia sententiam excommunicationis in contumaciam protulit, cum per eam negotio finis non imponeretur.

Commentarium huius textus dedi supra in capitel. significasti.

C A P U T XXVII.

Idem Cantuar. a Archiep.

Super questionum articulis, de quibus nos consulere voluisti, f. d. taliter respondemus, quod per constitucionem nostram b. consultationi bon. mem. Alex. Papae II. praed. nostro nullatenus derogatur; sed illa per istam exponitur, imo in ista verbi, quae in illa fuerant praetermissa, & suppletur. Ipse namque respondit, quod si super causa, quae alicui ex Apostolica delegatione committitur, a personis ecclesiasticis, una vel pluribus, quibus delegatus, ut parcat laboribus, & expensis, causa cognitionem ipsius, & testium examinationem, sententia sibi reservata committit, appellatio fecit interposita, huiusmodi appellacionis incuitu causam indefinitam relinquere non tenetur. Nos d. autem statuimus, quod licet is, cui causa committitur ap. rem. non possit eam alius sine provocacionis obstaculo delegare; si tamen delegatus a nobis, ut iudex quicumque, non tam cognitorem, quam executorem ad aliquem certum articulum quempiam deputaverit, ab eo, nisi modum excedat, non liceat appellari, dummodo de partium deputetur, vel recipiatur assensu. Quod si delegatus a nobis, vel litis exordium, vel causa finem, nedum totum negotium ei duxerit committendum, ab ipso, tamquam a iudice, licite provoceur, cum & lis ante iudicem debeat contestari, & causa per iudicem diffiniri. Intentionis ergo nostrae fuit, si ex tunc constitutionis praemissa potest liquido deprehendi, quod ut iudicialis auctoritas liberius valeat exerceri, delegatus a nobis licite possit & principium, & finem, & medium causa sibi commissae, non solum conjunctum, sed divisim alii delegare, non obstante quod dicitur, quod iudex debet cognoscere per se ipsum in principio, in medio, & in fine; quae antequam ferat sententiam, universa, quae acta sunt in iudicio, investigare debeat diligenter. Verum cum totam causam committit alicui, vel principium, aut finem ipsius, ab eo tamquam a iudice potest licite provocari. Cum autem alicui media tantum committitur, ab ipso tamquam ab auditore provocari potest, nisi mandati fines excedat, vel merito sit suspectus. Unde ne valeat reculari, provide statuimus, ut de partium deputetur, vel recipiatur assensu. Porro cum delegatus a nobis jurisdictionem suam in alium transfert totam, si fuerit appellan-

tionem nostram b. consultationi bon. mem. Alex. Papae II. praed. nostro nullatenus derogatur; sed illa per istam exponitur, imo in ista verbi, quae in illa fuerant praetermissa, & suppletur. Ipse namque respondit, quod si super causa, quae alicui ex Apostolica delegatione committitur, a personis ecclesiasticis, una vel pluribus, quibus delegatus, ut parcat laboribus, & expensis, causa cognitionem ipsius, & testium examinationem, sententia sibi reservata committit, appellatio fecit interposita, huiusmodi appellacionis incuitu causam indefinitam relinquere non tenetur. Nos d. autem statuimus, quod licet is, cui causa committitur ap. rem. non possit eam alius sine provocacionis obstaculo delegare; si tamen delegatus a nobis, ut iudex quicumque, non tam cognitorem, quam executorem ad aliquem certum articulum quempiam deputaverit, ab eo, nisi modum excedat, non liceat appellari, dummodo de partium deputetur, vel recipiatur assensu. Quod si delegatus a nobis, vel litis exordium, vel causa finem, nedum totum negotium ei duxerit committendum, ab ipso, tamquam a iudice, licite provoceur, cum & lis ante iudicem debeat contestari, & causa per iudicem diffiniri. Intentionis ergo nostrae fuit, si ex tunc constitutionis praemissa potest liquido deprehendi, quod ut iudicialis auctoritas liberius valeat exerceri, delegatus a nobis licite possit & principium, & finem, & medium causa sibi commissae, non solum conjunctum, sed divisim alii delegare, non obstante quod dicitur, quod iudex debet cognoscere per se ipsum in principio, in medio, & in fine; quae antequam ferat sententiam, universa, quae acta sunt in iudicio, investigare debeat diligenter. Verum cum totam causam committit alicui, vel principium, aut finem ipsius, ab eo tamquam a iudice potest licite provocari. Cum autem alicui media tantum committitur, ab ipso tamquam ab auditore provocari potest, nisi mandati fines excedat, vel merito sit suspectus. Unde ne valeat reculari, provide statuimus, ut de partium deputetur, vel recipiatur assensu. Porro cum delegatus a nobis jurisdictionem suam in alium transfert totam, si fuerit appellan-